

nas vires exagitat. Ad talem reduci potest, subtili artificio moderationem, ut vix quicquam iucundius eo, nil æquè efficax.

ARGENTVM viuum vel Hydrargy-
rum, Aristoteli, ἄργυρος χυτὸς: Plinio, Vo-
mica liquoris æterni, quodque, vt ob-
seruauit reconditæ doctrinæ veneran-
dus senex, Guilielmus Arragosius, de
cœlo nonnunquam labitur, veteribus
exosum fuit. Galenus pernitiosis medi-
camentis annumerat: quantumuis ali-
bi fateatur, illius vires externè internè-
ve sibi incognitas, interimantne, an alio
pacto corpus afficiant. Verba sunt: ἔχω δὲ
αὐτῆς σφραγίδεων πείραν, οὔτ' ὡς αὐτούς, εἰ κα-
ταπέθειν, οὔτ' ἔχω δὲ τηλεμάχους: quæ cùm
nō videatur assequi Rorarius, Galenum
existimat, de naturali tantùm hydrar-
gyro loqui, cùm sit erodens factitium,
nec possit non interimendo extremè
grassari. Ibidem tamen Galenus apertè
profitetur, non esse ex numero αὐτῷ
φαρμακών. In Epidemijis quidem ijs an-
numerat, quæ nullo fint emolumento
hominibus, non tamen inde sequitur, rīss.
innoxium esse: quandoquidem eo lo-

C 2 60

Lib. 1. de

Anima.

33. Histor.

cap. 6.

4. simpl. 19

& 5. sim=

plic. 19.

9. simpl.

capite pro-

prio.

Contra

dict. 20:

6. in 6. E.

pid Aphor.

rīss.